# KETVIRTADIENIS PO PELENŲ DIENOS

*Šios dienos pamaldos suteikia mums maldos dvasią, kuri yra Gavėnios atgailos pagrindas. Malda Hezekijas pratęsė savo gyvenimą (skaitinys iš Senojo Testamento), o šimtininkas išgydė savo tarną (Evangelija). Malda mes gausime iš Dievo jėgos, kuri padės nusižeminti, kad per mūsų nuodėmių atleidimą būtų išgydyta mūsų siela ir dovanotas amžinasis gyvenimas.*

**Introitus**
*Ps. 54, 17, 19, 20 et 23.* Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi, et humiliávit eos, qui est ante sæcula et manet in ætérnum: iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet.
*Ps. 54, 2–3.* Exáudi, Deus, oratiónem meam, et ne despéxeris deprecatiónem meam: inténde mihi et exáudi me.

**Introitas**
*Ps 54, 17, 19, 20 ir 23.* Kai šaukiausi Viešpaties, jis išgirdo mano balsą ir apgynė mane nuo besiartinančių priešų. Tas, kuris yra nuo amžių ir pasilieka per amžius, juos pažemino. Pavesk savo rūpesčius Viešpačiui ir jis parems tave.
*Ps 54, 2–3.* Išklausyk, Dieve, mano maldą ir nepaniekink mano prašymo. Pažvelk į mane ir išklausyk manęs.

**Collecta**
Deus, qui culpa offénderis, pæniténtia placáris: preces pópuli tui supplicántis propítius réspice; et flagélla tuæ iracúndiæ, quæ pro peccátis nostris merémur, avérte. Per Dominum nostrum...

**Kolekta**
Dieve, Tave žeidžia nuodėmės ir atgaila permaldauja, mielaširdingai priimk į Tave kylančias savo tautos maldas ir neplak savo pykčio rykštėmis, kurių dėl savo nuodėmių nusipelnėme. Per mūsų Viešpatį…

**Lectio**
*Léctio Isaíæ Prophétæ. (Is. 38, 1–6)*

In diébus illis: Ægrotávit Ezechías usque ad mortem: et introívit ad eum Isaías fílius Amos Prophéta, et dixit ei: Hæc dicit Dóminus: Dispó-

**Skaitinys**
*Skaitinys iš pranašo Izaijo knygos. (Iz 38, 1–6)*
Tomis dienomis Hezekijas sunkiai susirgo ir buvo prie mirties. Pranašas Izaijas, Amozo sūnus, pas jį atėjo ir jam tarė: „Šitaip kalba Vieš-

ne dómui tuæ, quia moriéris tu, et non vives. Et convértit Ezechías fáciem suam ad paríetem, et orávit ad Dóminum, et dixit: Obsecro, Dómine, meménto, quæso, quómodo ambuláverim coram te in veritáte et in corde perfécto, et, quod bonum est in óculis tuis, fécerim. Et flevit Ezechías fletu magno. Et factum est verbum Dómini ad Isaíam, dicens: Vade, et dic Ezechíæ: Hæc dicit Dóminus, Deus David patris tui: Audívi oratiónem tuam, et vidi lácrimas tuas: ecce, ego adiíciam super dies tuos quíndecim annos: et de manu regis Assyriórum éruam te et civitátem istam, et prótegam eam, ait Dóminus omnípotens.

pats: „Sutvarkyk savo reikalus, nes mirsi tu tuojau, nebeišgysi.“ Hezekijas nusigręžė veidu į sieną ir meldėsi Viešpačiui: „Atsimink, meldžiu, Viešpatie, kaip ištikimai ir nuoširdžiai elgiausi tavo akivaizdoje, darydamas tai, kas tau patinka!“ Ir ėmė Hezekijas graudžiai verkti. Tada Izaijas išgirdo Viešpaties žodį: „Eik pas Hezekiją ir jam pasakyk: „Taip kalba Viešpats, tavo tėvo Dovydo Dievas: girdėjau tavo maldą ir tavo ašaras mačiau. Pagydysiu tave: po trejeto dienų tu jau pajėgsi nueiti į Viešpaties šventyklą, – penkiolika štai metų aš pridėsiu prie tavųjų dienų! Be to, tave ir šitą miestą nuo Asirijos karaliaus išgelbėsiu. Aš būsiu skydas šitam miestui!“ – tarė visagalis Viešpats.

**Graduale**

*Ps. 54, 23, 17, 18 et 19.* Iacta cogitátum tuum in Dómino, et ipse te enútriet. **V.** Dum clamárem ad Dóminum, exaudívit vocem meam ab his, qui appropínquant mihi.

**Gradualas**

*Ps 54, 23, 17, 18 ir 19.* Pavesk savo rūpesčius Viešpačiui ir jis parems tave. **V.** Kai šaukiausi Viešpaties, jis išgirdo mano balsą ir apgynė mane nuo besiartinančių priešų.

**Evangelium**

*Sequéntia sancti Evangélii secúndum Matthæum. (Matth. 8, 5–13)*

In illo témpore: Cum introísset Iesus Caphárnaum, accéssit ad eum centúrio, rogans eum, et dicens: Dómine, puer meus iacet in domo paralýticus, et male torquétur. Et ait illi Iesus: Ego véniam et curábo eum.

**Evangelija**

Šventosios Evangelijos pagal Matą tęsinys. *(Mt 8, 5–13)*

Anuo metu: Sugrįžus į Kafarnaumą, prisiartino prie Jėzaus šimtininkas, maldaudamas: „Viešpatie, mano tarnas guli namie paralyžiuotas ir baisiai kankinasi.“ Jėzus jam tarė: „Einu pagydysiu jį.“ Šimtininkas atsa-

Et respóndens centúrio, ait: Dómine,non sum dignus, ut intres sub tectum meum: sed tantum dic verbo, et sanábitur puer meus. Nam et ego homo sum sub potestáte constitútus, habens sub me mílites, et dico huic: Vade, et vadit; et alii: Veni, et venit; et servo meo: Fac hoc, et facit. Audiens autem Iesus, mirátus est, et sequéntibus se dixit: Amen, dico vobis, non invéni tantam fidem in Israel. Dico autem vobis, quod multi ab Oriénte et Occidénte vénient, et recúmbent cum Abraham et Isaac et Iacob in regno cælórum: fílii autem regni eiiciéntur in ténebras exterióres: ibi erit fletus et stridor déntium. Et dixit Iesus centurióni: Vade, et, sicut credidísti, fiat tibi. Et sanátus est puer in illa hora.

kė: „Viešpatie, nesu vertas, kad užeitum po mano stogu, bet tik tark žodį, ir mano tarnas pasveiks. Juk ir aš, pats būdamas valdinys, turiu sau pavaldžių kareivių. Taigi sakau vienam: „Eik!“, ir jis eina; sakau kitam: „Ateik čionai!“, ir jis ateina; sakau tarnui: „Daryk tai!“, ir jis daro.“ Tai girdėdamas, Jėzus stebėjosi ir kalbėjo einantiems iš paskos: „Iš tiesų sakau jums: niekur Izraelyje neradau tokio tikėjimo! Todėl aš jums sakau: daugelis ateis iš rytų ir vakarų ir susės dangaus karalystėje prie stalo su Abraomu, Izaoku ir Jokūbu. O karalystės vaikai bus išmesti laukan į tamsybes. Ten bus verksmas ir dantų griežimas.“ Šimtininkui Jėzus tarė: „Eik, tebūnie tau, kaip įtikėjai!“ Ir tą pačią valandą tarnas pagijo.

**Offertorium**

*Ps. 24, 1–3.* Ad te, Dómine, levávi ánimam meam: Deus meus, in te confído, non erubéscam: neque irrídeant me inimíci mei: étenim univérsi, qui te exspéctant, non confundéntur.

**Ofertorijus**

*Ps 24, 1–3.* Į tave, Viešpatie, keliu savo sielą. Mano Dieve, tavimi pasitikiu, todėl nebūsiu sugėdytas. Tegul nesityčioja iš manęs mano priešai, nes visi, kurie tavęs laukia, nebus apvilti.

**Secreta**

Sacrifíciis præséntibus, Dómine, quæsumus, inténde placátus: ut et devotióni nostræ profíciant et salúti. Per Dominum nostrum...

**Sekreta**

Meldžiame Tave, Viešpatie, maloningai pažvelk į šias atnašas, kad jos padėtų mūsų šventėjimui ir išganymui. Per mūsų Viešpatį…

**Præfatio de Quadragesima**

**Gavėnios prefacija**

Vere dignum et iustum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine, sancte Pater omnípotens ætérne Deus: Qui corporáli ieiúnio vitia cómprimis, mentem élevas, virtútem largíris et præmia: per Christum, Dóminum nostrum. Per quem maiestátem tuam laudant Angeli, adórant Dominatiónes, tremunt Potestátes. Cæli cælorúmque Virtútes ac beáta Séraphim sócia exsultatióne concélebrant. Cum quibus et nostras voces ut admítti iúbeas, deprecámur, súpplici confessióne dicéntes: Sanctus.

Tikrai verta ir teisinga, reikalinga ir išganinga, kad mes Tau visuomet ir visur dėkotume, Viešpatie, šventasis Tėve, visagali amžinasis Dieve. Kuris kūnišku pasninku ydas sutramdai, sielą pakylėji, tvirtybę ir dovanas dosniai dalini per Kristų mūsų Viešpatį. Per Jį Tavo didybę šlovina angelai, garbina viešpatystės, dreba galybės. Dangūs ir dangiškosios kariaunos, taip pat ir palaimintieji serafimai vieningu džiūgavimu drauge aukština. Prašome, liepk, kad į jų tarpą būtų priimti ir mūsų balsai, su nuolankiu išpažinimu tariantys: Šventas.

**Communio**
*Ps. 50, 21.* Acceptábis sacrifícium iustítiæ, oblatiónes et holocáusta, super altáre tuum, Dómine.

**Komunija**
*Ps 50, 21.* Viešpatie, tu priimsi ant savo altoriaus teisumo atnašas, dovanas ir deginamąsias aukas.

**Postcommunio**
Cæléstis doni benedictióne percépta: súpplices te, Deus omnípotens, deprecámur; ut hoc idem nobis et sacraménti causa sit et salútis. Per Dominum nostrum...

**Postkomunija**
Priėmę dangiškosios dovanos palaimą, Tave, visagali Dieve, nuolankiai maldaujame, kad ji būtų mums ir Sakramento, ir išganymo ženklas. Per mūsų Viešpatį…

**Oratio super populum**
Humiliate capita vestra Deo.
Parce, Dómine, parce populo tuo: ut, dignis flagellatiónibus castigátus, in tua miseratióne respíret. Per Dominum nostrum...

**Oracija už žmones**
Nusilenkite Dievui.
Pasigailėk, Viešpatie, pasigailėk savo tautos, kad ji, priėmusi pelnytas bausmes, atsikvėptų Tavo gailestingume. Per mūsų Viešpatį…